Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gente sustentans cepit ire uelle quo nesciebat. Et iam media
dies coquente desup sole feruebat. nec tam̄ á cepto itinere de
uincebat̄ dicens. Spero in dm̄ meū. qd̄ seruū suū quē m̄ pro
misit ostendat. Nec plura his. interea conspicat̄ hominem
equo mixtū cui opinio poetarū hypocentaurū uocabulum
indidit. Quo uiso. salutaris impressione signi armat fron
tē. heus tu inquiens. qua nā in parte di seruus hic habitat.
At ille barbaru nescio qd̄ infrendens. & frangens poti uer
ba quā ploquens. inter horrentia ora setis blandū quesiuit
alloquiū. & cū dextere man ptensione certū indicat iter: ac
sic patentes campos uolucri transmittens fuga. ex oculis mi
rantis euanuit. Uerū hoc utrū diabolus ad terrendū eū si
mulauerit. an ut solet heremi monstruosa. ferax animaliū.
istā quoq; gignat bestiā incertū habemus. Stupens itaq;
antonius. & de eo qd̄ uiderat secū uoluens. ulteri pgrediebat̄.
Nec mora. int̄ saxosā conuallē n̄ grandē humunculū uidit ad
uncis narib. fronte cornib. asperata. cui extrema pars in ca
prarū pedes desinebat. Anfractus hoc spectaculo antonius
scutū fidei & loricā spei bon pliator arripuit. nihilominus
memoratū animal palmarū fruct ad uiaticū quasi pacis
obsides offerebat. Quo cognito. gradū pressit antonius. &
quis nā eēt interrogans. hoc ab eo responsū accepit. Morta
lis ego sum. & un ex accolis heremi quos uario delusa erro
re gentilitas. faunos satyrosq; & incubas colit. legatione
fungar gregis mei. Precam̄. ut p nobis cōmunē dm̄ dep̄
ceris. quē p salute mundi olim uenisse cognouim. & in
uniuersam terram exiuit sonus ei. Talia eo loquente.